



Bibliographische Daten

Titel: Alexander de Villa Dei; De forma vivendi monachorum; Perikopen;
Novum Testamentum. - Nürnberg, STN, Cent. I, 81
Signatur: Cent. I, 81

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

testimonium michi prohibente conscientia
 mea in spiritu sancto. quoniam tristitia
 michi est magna. et continuus dolor
 cordi meo. Optabam enim ego ipse
 anathema esse a christo pro fratribus
 meis. qui sunt cognati mei secundum carnem
 qui sunt israelite. quorum adoptio
 est filiorum. et gloria et testamentum
 et legislatio. et obsequium et promissa
 quorum patres ex quibus christus secundum
 carnem. qui est super omnia deus benedictus
 in secula amen. **N**on autem quod
 excederit verbum dei. Non enim omnes
 qui ex israel hi sunt israelite. neque
 qui semine sunt abrahe omnes filii.
 sed ysaac uocabitur tibi semen. id est
 non qui filii carnis. hi filii dei. sed
 qui filii sunt promissionis. estimantur
 in semine. Promissionis enim uerbum
 hoc est. Secundum hoc tempus uenia. et
 erit sare filius. Non solum autem illi.
 sed et rebecca ex uno concubitu habes
 ysaac patris mei. Cum enim nondum
 nati fuissent aut aliquid egissent
 boni. aut mali. ut secundum electionem
 propositum dei maneret. non ex operibus
 sed ex uocante dictum est ei. quod maior
 seruiet minori. sic scriptum est. Iacob
 dilexi. esau autem odio habui. Quid
 ergo dicemus. Numquid iniquitas
 est apud deum. Absit. Moysi enim
 dicit. Misereor cui miserebor. et
 misericordiam prestabo cui miserebor
 Igitur non uolentis neque currentis
 sed misericordis est dei. Dicit enim scriptura
 pharaonem. Quia in hoc ipsa excitauit
 te. ut ostendam in te uirtutem meam.
 et ut annuncietur nomen meum in
 uniuersa terra. Ego cui uult miseret.
 et que uult indurat. Dicit itaque mihi.
 Quid ad huc queris. Voluntati
 eius quis resistat. **Q** homo. tu quis

es qui respondeas deo. Numquid dicit
 figmentum ei qui se finxit. quid me
 fecisti sic. An non habet potestatem
 figulus luti ex eadem massa facere
 aliud quidem uas ad honorem. aliud
 uero in contumeliam. Quid si deus
 uolens ostendere iram suam. et notam
 facere potentiam suam. sustinuit in multa
 paciencia. uasa ire apta in interitum.
 ut ostenderet diuicias glorie sue in
 uasa misericordie eius. que preparauit
 in gloriam. quos etiam uocauit. non
 solum ex iudeis. sed etiam ex gentibus.
 sicut in osee dicit. Uocaui non plebem
 meam plebem meam. et non dilectam.
 dilectam. et non misericordiam consecutam.
 misericordiam consecutam. Et erit in
 loco ubi dictum est eis. Non plebs
 mea uos. ibi uocabuntur filii dei
 uiui. Ysaia autem clamat per israel.
Qui fuerit numerus filiorum israel
 tamquam arena maris. reliquie salue
 fient. Verbum enim consumans et
 abbrevians in equitate. quod uerbum
 breuiatum faciet dominus super terram. Et
 sicut per dicit ysaia. nisi dominus
 sabaoth reliquisset nobis semen.
 sicut sodoma facti essemus. et sicut
 gomorra similes fuisset. Quid ergo
 dicemus. Quod gentes que non sectabantur
 iusticiam. apprehenderunt iusticiam.
 iusticiam autem. que ex fide est. Ipsi
 uero sectando legem iusticie. in lege
 iusticie non perueniunt. Quare. Quia
 non ex fide. sed quasi ex operibus. Of-
 fenderunt enim in lapide offensionis
 sicut scriptum est. Ecce ponam in
 syon lapidem offensionis. et petram
 scandali. Et omnes qui crediderint
 in eum. non confundentur. **C** **X**
Fratres. Voluntas quidem cordis
 mei. et obsecratio ad deum sit